



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Exercitium matutino tempore exercendum quando expergiscimur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)



# EXERCITIUM PRIMUM.

*Matutino tempore exercendum  
quando expergiscimur.*



**D**IXIT Deus in  
veteri lege, omnium  
rerum primitias sibi con-  
secrari, quod eo fecit  
consilio, vt omnes agno-  
scerent & cōfiterentur ipsum esse Do-  
minum totius vniuersi; de cuius libe-  
ralissima manu, cuncta nobis abundè  
proueniant, & subministrantur. Ita Iu-  
stissimum quoque est, vt ei offeramus  
primitias vniuscuiusq; diei, quem no-  
bis ideo præstat, vt in eo vitæ ac lucis  
huius vsura fruamur, & creaturarum  
solatio gaudeamus. Quod fiet si operâ  
dederimus, vt ipse primus cor nostrû  
possideat illum priorem cogitemus  
desideremus, amemus. Quod commo-  
dè fieri poterit sequenti exercitio.

*Psalm. 3 Ego dormiui, & soporatus sum, &  
exurrexi quia Dominus suscepit me.*



## MANVALE.

*Cant. 3. Surgem & quar am quem diligit anima mea.*

*Psal. 87. Mane oratio mea praueniet te.*

*Ysa 33. Domine miserere nostri, te enim expectauimus esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.*

*Psal. 43. Exurge domine adiuua nos & redime nos propter nomen tuum.*

### *Adoratio.*

**A**Dorabimus Deum in intimis cordis nostri, agnoscentes illum esse verum Deum, Dominum, & Creatorem nostrum, cuius est vita qua viuimus, & esse quo fruimur, à quo toti dependemus, & sine quo ne momento quidem subsistere possemus.

### *Gratiarum actio.*

**G**Ratias ei referemus pro omnibus beneficijs cum generalibus, tum specialibus quæ de sanctissimis eius manibus iam inde ab exordio conceptionis nostræ in hanc usque horam suscepimus: Speciatim vero quod vitam nobis saluam & incolumem illa nocte conseruauerit eamque ad auroram usque produxerit.

*Petitio*



## EXERCITIO. SPIRIT.

### *Petitio.*

**P**ostulabimus à Domino, vt hodierna die sanos atque incolumes nos custodiat, quo gratum ei obsequium exhibere valeamus, vtque cuncta nobis ad vitæ sustentationem necessaria suppeditet, & ab omnium inimicorum nostrorum insidijs, ne eorum fraudibus scelus aliquod impulsus, iustam ipsius indignationem incurramus tueatur atque defendat.

### *Oblatio.*

**O**fferemus nos totos Domino, omnes sensus, omnes animæ potentias, omnes denique vires corporis ad infumendum eas integre, quoad eius fieri potest, hodie in ipsius seruitium, omnes in super cogitationes, verba & opera nostra, vt ipse sic ea regat & moderetur, vt cuncta ad supremam suæ altissimæ Maiestatis gloriam dirigantur.

(:·:)

*aa. b.*

*Quat*